



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Qvæstio IV. De modo Vnionis ex parte naturæ assumptæ. In sex Articulos  
diuisa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

# QVÆSTIO QVARTA.

## De modo Vnionis ex parte naturæ assumptæ.

In Sex Articulos diuisa.

### ARTICVLVS I.

*Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis à Filio Dei, quam qualibet alia?*

**R**espondetur; Magis consentaneum fuit ut natura humana assumeretur à Filio, quam aliqua alia, nempe quam angelica, vel irrationalis. Patet, quia in natura humana inuenitur dignitas, cùm sit imago Dei potest attingere immediate ipsum Deum per cognitionem & amorem. Inuenitur etiam necessitas, cùm sit infecta per peccatum, & quidem alienum. In natura vero irrationali, quæ humana est inferior, non inuenitur dignitas idonea assumptioni; cùm non sit imago Dei, nec valeat vlo modo per suas operationes Deum attingere. In angelicâ autem, quæ humana est superior, inuenitur quidem dignitas, nulla tamen necessitas. Boni enim Angeli non egent; mali autem statim post peccatum sunt damnati, ac proinde remedij incapaces; ergo conueniens erat solam humanam assumi.

### D V B I V M I.

*Vtrum quevis natura posse diuinam virtutem hypostaticè assumi à persona diuinæ?*

**S**vnt tres sententiae: Prima est, omnem naturam corporalem posse assumi; purè autem spiritualem, qualis est angelica nō posse. Refert hanc D. Thomas ad 3. & videtur esse Alberti in 3. dist. 2. art. 2. Ratio est, Quia in natura spirituali nullo modo distinguuntur natura & suppositum: ergo natura non potest magis assumi, quam suppositum. Secunda est, omnem naturam rationalem, etiam Angelicam assumi posse, nullam autem irrationalis. Ita Alexander Aenensis 3. partc q. 11. memb. 1. & q. 12. memb. 1. Cuius fundamentum est, quia existimat naturam non posse assumi, nisi interuentu gratia habitualis, cuius non est capax natura irrationalis. Ita docet quæst. 7. memb. 2. In eadem sententia est Henricus Quodlib. 3. & Dionysius Carthusianus in 3. dist. 2. q. 2. & 4. Et Picus Mirandula in apologia pro nongentis Conclusionibus, in defensione quartæ conclusionis. Tertia est, omnem absolute naturam creatâ posse hypostaticè assumi. Pro qua

**Potest assumi naturam Angelicam.** Natura Angelica potest assumi à persona diuina. Est D. Thomæ hic ad 3. & communis Doctorum in 3. dist. 2. Estque certa. Probatur Primò, Ad hæbr. 2. v. 16. *Nusquam Angelos apprehendit (Deus) sed semen ab aliis apprehendit:* Vbi Apostolus supponit hoc fuisse possibile, quia commendat charitatem Dei erga nos, quod naturam nostram Angelicæ prætulerit. Secundò, Anima rationalis separata, quæ est similis Ange-

lis, mansit unita Verbo in triduo mortis: ergo non possit Angelis uniri? Denique, Probatur allatâ ratione ex fundamento contrario: In Angelis distinguitur natura à supposito ex parte rei, vel saltem suppositum includit negationem, quam non includit natura, iuxta Scotum, Occam, Gabriel. &c: ergo natura potest separari à suâ ratione hypostaticâ, & alteri hypostasi inseri.

Dices, Ratio hypostatica necessariò sequitur *Obiectio*, ex naturâ in ipso momento creationis nostrâ: ergo si tollatur, peribit natura. Respondeo, si natura Angelica in ipsa creatione assumatur, facile poterit eius personalitas impediri, ne ex natura actu dîmanet (quod fieri, non prebendo naturæ concursum primæ cause necessariū ad illius modi productionem; vel certè naturæ vim anticipando per vniuem alterius persona) sicuti impeditur in assumptione naturæ humanae, licet alioqui necessariò sequeretur. Si autem assumeretur post creationem, tunc propria quidem illius personalitas deberet aboliri (quod fieret retrahendo influxum conferuatum) non tamen idcirco ipsa natura periret; sed tantummodo modum subsistendi mutaret: cùm enim antea existeret in seipso, nunc existeret in persona aliena: Sicut accidens non corruptitur in Eucharistiâ dum incipit per se existere, quod antea existeret in alio; sed duntaxat modum existendi mutat.

Dico Secundò, Non est absoluè impossibile vt Deus hypostaticè assumat quamvis naturam substantialem, etiam irrationalē & inanimam. Est communior Doctorum in 3. dist. 2. Scoti, Occam, Durandi.

Probatur Primò, Cùm multi hæretici senferint Christum assumptissime corpus æthereum, vt Valentiniiani, Gnoftici; tamen à Patribus non refutantur ob impossibilitatem. Imò August. lib. de vera religione cap. 16. exp̄s̄c̄ dicit, Dei Verbum potuisse assumere corpus æthereum, ad nostrorum aspectuum tolerantium temperatum.

Probatur Secundò, Quia corpus Christi ex anime in triduo mortis fuit unitum Verbo diuino: ergo natura inanima potest assumi.

Respondet Alexander, Corpus illud habuisse quandam imprecisionem ab animâ relictam, ratione cuius erat unitum anime separata, & per animam Verbo. Sed contrâ. Primò, nulla talis imprecisione in corpore mortuo relinquitur, vt satis patet ex Philosophia. Et quamvis maneant aliquæ difpositiones, illæ tamen non faciunt naturam capacem assumptionis, et si ad quandam decentiam conferant. Nam haæ dispositiones sunt accidentia: aptitudo autem assumptionis, est intrinsecâ & substantialis conditio, immediatè fundata in ipsa essentia rei: nam uno debet fieri immediate ad essentiam naturæ assumptionis. Deinde, sequeretur Verbum fuisse tantummodo extrinsecè unitum carni in illo triduo; nempe quia erat unitum anima habenti

46 Qu.4: De modo unionis ex parte natura assumpta. A.1.Dub.2.

mæ habenti ordinem & affectum ad corpus. Atque certum est fuisse intrinsecè vnitum: Quid enim semel est assumptum, numquam est dimissum, ut ex Damasco docent omnes Doctores.

*Responsio  
Henrici*

*Refellitur.*

Henricus autem Quodl. 13. quæst. 5. suprà refpondet, Verbum non manifise vnitum corpori, propter ipsum corpus, sed propter animam, quæ corpori erat reunienda, & ideo corpus non fuīſe per se assumptibile, sed solum propter animam. Sed contrà. Parum refert quo fine Verbum asſumpſerit corpus: hoc enim tantummodo potest iuare ad maiorem decentiam & congruentiam assumptionis; non autem facit ipsam naturam capacem assumptionis: quia res prius in se est apta assumi, quam posſit ad talem vel talem finem assumi.

Probatur Tertiò, Quia Verbum fuit hypostaticè vnitum sanguini, & alijs humoribus sanguini mixtis, vt statim dicemus: qui tamen nec animati sunt, nec animæ capaces.

Probatur Quartò, Omnis natura substantialis est capax subsilientiæ: & in Verbo est sufficiens vis ad terminandam & sustentandam quamvis naturam, & ad eius subsilientiam supplendam. Sed contra hanc nostram sententiam à quibusdam

*Solvuntur  
Obiectio-  
nes.*

*Hoc compo-  
nitur eſſet*

Objicitur Primò, Illud compositum ex natura irrationali & Verbo, non eſſet persona; quod repugnat dignitati Verbi. Respondeo, etiſ non fit persona, eo quod persona determinet naturam rationalem: tamen erit hypostasis, quod nullam sicutum eſſet includit imperfectionem; nam solum eſſet quid hypostasis. communius quam persona.

6

Objicitur Secundo, Natura irrationalis non potest eleuari ad operationes diuinæ; id eſt, ad cognitionem & amorem Dei: ergo neque ad eſſe diuinum: quia eſſe, eſt propter operationem. Et Confirmatur, quia vno cum Deo per operationem, est inferior vniōne hypostatica: ergo cum creatura irrationalis non potest eleuari ad vniōnem per operationem, quæ eſt inferior, neque etiam poterit ad vniōnē hypostaticam, quæ eſt superior.

*Quomodo  
natura ir-  
ratio-  
nal-  
is  
posſit ele-  
uari ad eſſe  
diuinum.*

Respondeo, Natura irrationalis non potest eleuari ad eſſe diuinum, ita vt ipſa habeat eſſe diuinum, quo ipſa exiſtat, & ſit entitas actualis; potest tamē eleuari ad subsilientiam diuinam, vt per eam ſubſiſtat. Nec ideo debet habere operationes diuinæ; quia operationes ſunt posteriores vniōni hypostatica: poſterque Deus auſſumere naturam humānam non eleuatam ad viam operationem ſupernaturalem. Quid autem dicitur, Eſſe, eſt propter operari, intelligendum eſt de eſſe naturæ: hoc enim datur ſuppoſito, vt habeat operationes illius naturæ. Sic ſuppoſito diuino datum eſt eſſe naturæ humanae, vt habeat illius naturæ operationes: eſſe autem ſubſilientia non communicatur alteri naturæ, vt ipſa habeat operationes illius ſuppoſitorum proprias; ſed vt ſubſiſtat in illo ſuppoſito, & vt illud ſuppoſitorum habeat operationes illius naturæ proprias. Ad Confirmationem, Respondeo, Vno cum Deo per operationem, & vno hypostatica, ſunt diuersi generis. Hinc fieri potest, vt id quod eſt præstantius, conueniat aliqui, cui non potest conuenire id, quod eſt minus præstantis, Sicut intelligere conuenit homini, non tamen volare: anima eſt capax gratiæ, non tamen coloris. Et ſic natura irrationalis potest eſſe capax vniōnis hypostatica, quamvis non ſit capax vniōnis cum Deo per operationem. Ratio eſt, quia vno

hypostatica fit per hoc, quod natura opta ſubſiſtere, recipiat ſubſilientiam diuinam, ipsa nihil cooperante: vnde capacitas ad hanc vniōnem, oritur ex communi ratione naturæ ſubſtantialis. Vno autem per operationem fit per actus vita-les, ſcilicet cognitionem & amorem, qui debent manare à vitali formâ. Vnde ad hanc vniōnem natura non tantum concurrit patiendo, ſed etiam agendo per formam & potentias vitales, ſcilicet intellectum & voluntatem; quod ſoli naturæ rationali conuenit.

Objicitur Tertiò, Id quod per ſe eſt indecorū, & repugnat prudentiæ, nullo modo potest fieri à Deo: atqui Deum auſſumere naturam rationis expertem, eſt per ſe indecorum, & prudentiæ repugnans: ergo &c.

Respondeo, Negando minorem; quia non eſt Non eſt id  
absolutè contra decorum, vel prudentiam; ſed per ſe in-  
decorum.  
Objicitur Primi, Id quod per ſe eſt indecorū, & repugnat prudentiæ, nullo modo potest fieri à Deo: atqui Deum auſſumere naturam rationis expertem, eſt per ſe indecorum, & prudentiæ repugnans: ergo &c.

Probatur Quartò, Omnis natura ſubſtantialis

Objicitur Tertiò, Id quod per ſe eſt indecorū, & repugnat prudentiæ, nullo modo potest fieri à Deo: atqui Deum auſſumere naturam rationis expertem, eſt per ſe indecorum, & prudentiæ repugnans: ergo &c.

D V B I V M. II.

Vñrū partē nature, ſcilicet materia & forma  
poſſint auſſumi?

R Espondeo, poſſe. De forma, patet in triduo mortis, nam anima ſeparata à corpore, men- affirmatur  
ſit vñta diuinitati. De materia nuda dubitatur, de nuda  
Quidam putant non poſſe eam auſſumi, quia non poſſet nuda confeſſari. Sed cùm hoc fundamen- ſorma &  
tum falſum ſit, dicendum eſt eam poſſe auſſumi, materiæ  
cùm poſſit confeſſari. Pari modo poſſet auſſumere materiam formæ vñtam, nō auſſumptâ formâ: quo modo quidam dicunt in triduo mortis vñtam fuīſe diuinitati materiam, ſine cadaveris formâ, quam materiæ tribuunt.

D e forma autem materiali, qualis eſt forma ſolis, elementorum, atque adeo omnium rerum Item de  
corporearum infra hominem, dubitatur. Vi- ſorma ma-  
teriali.  
detur enim non poſſe auſſumi; quia haec forma eſt  
veluti inhaerens, ac proinde ſubſilientiæ incapax. Sed longè probabilius eſt, quamvis formam ſubſtantialem auſſumi poſſe, ſiuſ in materiâ exiſtat, ſiuſ extra materiam diuinitus conſerueretur. Ratio eſt, quia talis forma eſt ſubſtantia quædam ſuam habens ſubſilientiam ad genus ſubſtantia perti-  
nentem, licet partialem: ergo Deus poſſet illum modum ſubſiſtendi ſupplere, ſibi vniendo & in ſe ſuſtentando illam formâ. Simili modo poſſet vni-  
ri formæ exiſtentib[us] in materia, non auſſumptâ tam-  
en materiâ, quia diuerſas ſubſilientias partiales habet.

D V B.

D V B I V M III.

Vtrum qualitates accidentariae possint hypostaticè assumi?

<sup>10</sup>  
Accidens  
separatum  
potest à Deo  
terminari  
& susten-  
tari.

R Espondeo, Non posse assumi ut faciant vñā hypostasim cum Verbo. Probabile tamen est posse à Verbo terminari & sustentari, quomodo natura substantialis terminatur. Ita Gabriel & plerique nominales dist. 1. Et ratio est, quia nulla hī cernitur implicatio: est enim Verbum diuinum intimē præsens cuius naturæ accidentiarie, & potest cius existentiam eleuare, & sumum ad se trahere, ita vt ipsi innitatur, & ab ipso pendeat. Si enim ita substancialis potest attrahere, quibus tamen naturale non est alteri vñiri, cur non etiam accidentia, quæ ex natura postulant ab alio dependere?

<sup>11</sup>  
Inde tamen  
Deus non  
diceretur  
albus.

Neque ad hoc necesse est vt accidentia habeant subsistentiam substancialiem, quæ suppleatur: sufficit enim suppleri eorum inexistentiā in subiecto, & dependentiam ab eodem tamquam à termino: quod fieri poterit per diuinam personam sine vñā tamen informatione. Nam aliud est informari aliqua forma, aliud eius dependentiam & existentiam determinare; vt optimè notauit Scotus. Quod fiet vt Deus idcirco nō dicatur, v.g. albus: nam hæc denominatio sumitur à formā informante; sed dicitur subsistens in albedine. Sicut in triduomortis, Deus nō dicebatur animatus, nec anima; sed subsistens in animâ rationali.

A R T I C U L V S II.

Vtrum Filius Dei assumpserit personam?

<sup>12</sup>

R Espondetur Negatiū. Filius Dei nullo modo affumpserit personam humanam. Est fide tenendum, & habetur in Concilio Tolentano VI. & XI. vtrobique cap. 1. in confessione fidi: *Verbum non personam hominis accepit, sed naturam.* Et sequitur manifestè ex dictis quæst. 2. art. 2. contra Nestorium. Si enim affumpserit personam, essent duas personæ in Christo; quod est Nestorij error. Sed est

D V B I V M I.

Vtrum per potentiam Dei absolutam, persona vel sicut natura personata possit assumi?

<sup>13</sup>

V Bi nota, Aliud esse assumi personam, aliud assumi naturam personatam: ad illud enim requiritur ut ipsa personalitas assumatur; ad hoc autem satis est vt assumatur natura, conservata personalitate, licet non assumptâ. Vnde suprà quæst. 3. art. 6. dictum est, Patrem posse assumere naturam humanam personatam à Filio, non assumptâ Filij personalitate.

*Implicita  
personam  
assumi.*

Respondeo & Dico Primo, Nullo modo fieri potest vt persona assumatur hypostaticè. Est cōmuni's Doctorum in 3. dist. 1. Ratio est, quia involuit contradictionem. Persona enim in suo formalí conceptu includit esse non in alio: nam de ratione eius est incomunicabilitas, non tantum

ea quæ opponitur communicabilitati superioris, respectu inferioris (nam hoc modo etiam natura individualia est incomunicabilis) sed etiā ea quæ opponitur communicationi, quæ fit supposito. Assumi autem, est esse in alio: ergo contradic̄tio est personam assumi. Deinde, Omnis vñio persona cum persona, tantum potest esse accidentaria, non efficiens quid vnum; vt patet ex dictis quæst. 2. art. 2.

Dico Secundò, Fieri etiam nequit vt natura retinens suam personalitatem, à diuinâ personâ assumatur, etiamsi fingamus ipsam personalitatem non assumi. Est etiam communis Doctorum in 3. dist. 1. Scoti, Durandi, Paludani, &c. & Caicani suprà quæst. 3. art. 6.

<sup>14</sup>  
*Idem dic  
de natura  
personarum*

Probatur Primo, Quia hæc omnino videtur esse mens Conciliorum, dum definitur in Christo non esse personam creatam, & quod natura humana subsisteret subsistentia Verbi: ergo supponit fieri nullo modo posse, vt illæ duas personalitates sint simul.

Dices, Personalitas diuina excludit à naturâ humanâ propriam personalitatem creatam, si spectemus naturalem rerum conditionem; & idcirco Conclisia & Patres dicunt id fieri non posse vt simul sint; si tamen spectemus potentiam Dei absolute, id fieri posse.

<sup>15</sup>  
*Objectiones  
solunum*

Respondeo, Si spectemus conditionem rerum, etiam est impossibile vt natura non personata assumatur; & tamen dicitur possibile, eò quod per omnipotentiam Dei possit fieri: ergo si natura personata per eandem omnipotentiam potest assumi, hæc assumptione absolute dicitur possibilis; quod est contra Concilium. Quidquid enim in hoc mysterio dicitur possibile, vel impossibile, solum coparatione omnipotentiae diuina ita dicitur: per illam enim omnia facta sunt, quæ huius mysterii sunt propria. Ratio est, quia personalitas creata consistit in eo quod est naturam esse per se, id est, non in alio; sive sit aliquis modus positivus, sive non: hoc ipso enim quo natura rationalis existit per se nulli adhærēscens, est persona: atqui natura vñita alienæ personæ, habet esse in alio; implicat autem vt vna eademque natura existat simul per se, & in alio: nam illud per se, includit intrinsecè non in alio: ergo natura creata retinens propriam personalitatem, nullo modo potest assumi; qui simul esset in alio, & non in alio. Naturæ vero assumpta ad extrinsecam personalitatem, potest vñterius ab alia persona assumi; quia non repugnat, vt eadem natura habeat duos modos inexistendi; sive vt inexistat, & sustentetur à duobus: sicut repugnat esse per se, & esse in alio. Quod patet in simili, quia non repugnat accidens vnum esse in duobus subiectis; repugnat tamen, accidens esse per se, & esse in subiecto: nam esse per se, includit esse non in subiecto.

Dices, Natura diuina habet propriam & naturalem personalitatem in Patre, & tamen vñterius potest personari & terminari in Filio: ergo etiam naturæ creatæ habenti propriam suam personalitatem, poterit hoc communicari, vt ab aliâ personalitate possit vñterius terminari.

*Natura  
diuina  
personalitatem  
in Patre  
potest per-  
sonari &  
terminari in  
Filio.*

Respondeo Negando Consequentia, Est enim *Sicut est de  
dispar ratio.* Primo, Quia natura diuina est sim- *natura  
creata per-  
sonata.* pliciter infinita: vnde potest communicari pluri- bus personis per identitatem. Secundò, Quia na- tura diuina ita est in singulis personis, vt nihilominus

48 Qu. 4. De modo unionis ex parte nat. assum. A. 2. Dub. 2. A. 3. 4. 5.

minus semper maneat per se existens, & non in alio; idque propter summam identitatem diuinitatis cum personalitatibus. Vnde unus modus essendi seu existendi per se, v. g. quem diuinitas habet in Patre, non excludit ab ea aliud modum essendi per se, scilicet eum quem eadem diuinitas habet in filio; quia duo modi essendi per se, non repugnat; sicut repugnat esse per se, & esse in alio.

D V B I V M I I.

*Vtrum si una humanitas esset in duobus locis,  
(sicut modo est humanitas Christi) posset in  
vno loco habere propriam personalitatem,  
& in alio esse in personâ Verbi?*

16  
Affirma-  
tur.

I. 2. De  
Perfet.  
diuinis.  
6.16.8.119.

R Espondetur hoc fieri posse; & tunc una numero natura creata existet in duabus personis; scilicet in persona propria, & aliena. Ratio est, quia tunc una natura haberet quodammodo vim duarum, non habentium inter se necessariam dependentiam; vt dictum est in Tractatu de Eucharistia. Quare ut est in uno loco, posset esse per se, & non habere unionem cum Verbo; vt autem est in alio loco, habere unionem cum Verbo. Sicut idem Christi corpus, vt est in celo, est coextensus spatio; vt autem est in Eucharistia, non est coextensus: Quod tamen ponit in ipso corpore duos modos intrinsecos omnino repugnantes respectu eiusdem existentis in eodem loco. Simili modo fieri potest per diuinam potentiam, vt una eademque anima in uno loco sit in corpore; in alio loco viuat extra corpus, per se existens.

Dices, Hoc repugnat Concilijs, & Patribus supra citatis quest. 2. art. 2. qui dicunt duas personas, alienam & propriam, non posse in unam naturam substantialiter uiiri. Respondeo Negando Assumptionem; nam ipsi loquuntur de natura humana existente tantummodo in uno loco; loquuntur enim de hoc mysterio prout recipit factum est.

ARTICVLVS III.

*Vtrum persona diuina assum-  
pserit hominem?*

17  
Negatur.

Negatur.

R Espondetur, Non propriè dicitur persona diuina assumptissimè hominem. Probatur Primo Authoritate Felicis Papæ & Martyris; quamvis haec parum vrgeat, vt patet intuenti. Probatur Secundò Ratione. Quia homo propriè significat humanam naturam in supposito; homo enim est idem quod habens humanitatem; sicut Deus est habens Deitatem; sed Verbum non assumpsit suppositum humanum: ergo non propriè dicitur quod Verbum assumpsit hominem.

Verbum  
imp. propriè  
dicitur  
assumptissimè  
hominem

Notandum est, Patres & Concilia frequenter vti hac formula loquendi. Verbum assumpsit hominem. Conc. Toletan. VI. in confessione fidei: Tota Trinitas operata est suscepti hominis formationem. Toletan. XI. Sola Filii persona, verum hominem sine peccato assumpsit. D. Augustinus sapientissime vt lib. 13. de Trinit. cap. 17. & 18. De Agone Christiano cap. 11. Lib. 9. de ciuitate cap. 17. & alibi pasim. Cyrus in epistola ad Nestorium quæ habetur

in tercia Synodo. Denique in hymno Ecclesiastico: Tu ad liberandum suscepturns hominem &c. Verum, haec & similia sic interpretamur, vt homo accipiat pro naturâ humanâ: vel certè vt dicatur assumptissimè hominem, quia assumptione factum est, vt esset homo. Quare non rectè Ludovicus Virtus in cap. 17. lib. 9. de Ciuitate reprehendit Doctores Scholasticos, quod nolint hanc propositionem in proprietate sermonis admittere; nam reuerâ iuxta proprietatem sermonis, est falsa.

Ludovicus  
Virtus.

ARTICVLVS IV.

*Vtrum Filius Dei debuerit assu-  
mere naturam humanam abstra-  
ctam ab omnibus individuis?*

R Espondetur Negatiuè. Probatur Primo, Ex Damasceno lib. 3. de fide cap. 11. Secundò, Quia natura abstracta ab omnibus individuis, vel est idea Platonica; id est, natura per se ipsam separativè singularibus existens; & haec non potest assumi; quia est figuratum; nulla enim est talis natura. Quod si per impossibile poneretur talis esse, non tamen esset conueniens eam assumi; tum, quia cum sit communis, existens subsistentiâ communi, non posset esse in personâ; nam contraheretur ad esse individuum; tum, quia solum habet operationes communis, quibus nec posset mereri, nec quidquam nobis prodesse: tum denique, quia non esset sensibilis; vnde non daret nobis exemplum &c. Vel haec natura abstracta, est natura humana existens in mœtri diuina; id est, idea naturæ humanae; & haec non potest assumi; quia est ipse Deus, seu intellectus divina. Vel denique est natura existens obiectuè in intellectu humano: & haec etiam assumi non potest; quia eius esse, solum est intelligi. Tertiò Probatur clarius; Quia humanitas realis non existit nisi individualis, & contracta ad aliquam individuam humanitatem: ergo non potest assumi nisi vt singularis. Denique, si assumpsisset totam rationem communem humanitatis, debuisset illam assumere, vt est in omnibus hominibus; ac proinde assumpsisset omnes humanitates. Quare ridiculus est error cuiusdam Parisiensis, qui, vt fertur, docebat Christum assumptissimè humanitatem in communione, vt fructus Incarnationis esset communis; nam hoc est impossibile. Fructus autem communis esse potest etiam ab uno promanet; hic enim non requiritur communitas prædicationis, sed causalitatis.

Error  
Parisien-  
sis.

ARTICVLVS V.

*Vtrum Filius Dei debuerit assu-  
mere naturam humanam in  
omnibus individuis?*

R Espondetur, Hoc nullo modo fuisse contestaneum. Probatur Primo authoritate Damasceni supra lib. 3. cap. 11. Secundò, Quia tunc omnes homines essent tantummodo una persona, atque adeo unus homo: quod est contra naturalem conditionem speciei humanæ, quæ in linguis

**Quæst. 5. De modo unionis quoad partes hum. nat. Art. 1. 2. Dub. 1. 49**

singulis individuis postulat singula suppedita. Tertio, Quia Christus non est primogenitus, nec primatum tenens inter homines; nam omnes essent pari dignitatis. Quartò, Quia tolleretur mediatio Christi, redemptio, latitatio, & reliqua eius beneficia.

qua producitur usque ad Adm. Luc. 3. Probatur Secundò, ex D. August. lib. 13. de Trin. c. 18.

Sunt autem tres conjecturae huius conuenientia. Prima, Quia iniuria postulat, ut ille satisficeret, qui peccauit: atqui peccauit Adam, & in

*Tres conuenientia.*

Adamo tota humana natura: ergo de illa natura ex Adamo deriuata, debebat ille affici, in quo,

& per quem, tota natura satisfaceret. Secunda,

Quia hoc pertinet ad maiorem hominis dignitatem: Ut nimur ille potius vincat, qui vicitus

**ARTICVLVS VI.**  
*An conueniens fuerit ut Filius Dei assumeret naturam humanam ex stirpe Adam?*

**R**espondetur; Id omnino, fuisse conueniens, Probatur Primò, Ex generatione Christi,

**QVÆSTIO QVINTA.**  
**De modo Vnionis quoad partes Humanæ Naturæ.**

**In Quatuor Articulos diuisa.**

**ARTICVLVS I.**  
*Vtrum Filius Dei debuerit assumerre verum Corpus?*

**R**espondetur; Filius Dei assumptus verum corpus, non imaginarium. Est fide tenendum contra antiquos haëreticos, qui dicebant Christum habuisse corpus non verum, sed phantasma corporis. Ita docuit Saturninus, Marcus, Cerdon, & Marcion, teste Tertulliano lib. de præscriptione aduersus haëreticos, & libro de carne Christi. Ratio illorum erat, quia putabant indignum Deo, ut verum corpus humanum assumperet. Item Manichæus teste Augustino lib. contra epistolam fundamenti cap. 9. & haëreti 46. quia existimabat omnia vera corpora esse à malo principio. Idem secuti sunt Priscillianisti, ut refert D. Leo epist. 93.

Sed probatur hæc veritas tribus rationibus. Prima, Quia Christus fuit verus homo: atqui veritas humanæ nature requirit verum corpus humanum. Secunda, Quia sequeretur cius passionem, & mortem, & resurrectionem, & reliqua, quæ circa ipsum gesta sunt, solum imaginariè & delusoriè contigisse. Tertia, Quia talis fictio, quæ tota est magica, non decebat summam veritatem. Adeo, hanc veritatem definitam esse in Concilio Chalcedonensi, & in Constantiopolitanó 2. & 3. & in magnō Lateranensi Cap. Firmiter & alibi. Vide Tertullianum lib. de carne Christi contra Marcionem.

**ARTICVLVS II.**  
*Vtrum Filius Dei debuerit assumerre Corpus terrenum, scilicet Carnem & Sanguinem?*

**R**espondetur affirmatiue. Est fide tenendum contra Valentini, qui dicebat Christum assumptum corpus ex natura cœlesti; & per utrum

Virginis, tamquam per canalem à quo nihil traxerit, transisse. Quem errorem secutus est Apelles, ut refert Tertull. suprà lib. de carne Christi, & de præscriptione aduersus haëreticos. Item est contra quosdam Anabaptistas, qui hanc haëresim instaurarunt, ut refert Cochleus in refutatione Anabaptistarum Monasterienium.

Probatur ijsdem argumentis, quibus superior Articulus.

Obijciunt Apostolum prioris ad Corinth. 15. v. 47. vbi Christus comparatus Adamo, dicitur Homo cœlestis, & esse de celo; Adam autem terrenus, & de terra: ergo Christus habebat corpus cœlestis.

Respondeo, Hunc locum optimè exponi à D. August. lib. 13. de Civit. c. 23. Sensus igitur est; primus homo, cum formatus sit de terra, fuit terrenus; scilicet quoad conditionem corporis, quod subiectum fuit necessitatibus huius vitæ, & per se passibile, & corruptibile. Secundus autem homo, quia de celo venit, scilicet ratione personæ, etiam cœlestis esse debuit; nempe quoad conditionem corporis cœlestem, & immortalem: & quamvis ab initio non statim actu corpus cœlestis fuerit, hoc dispensatoriè factum est, ut pro nobis posset pati, & mori: quo peracto, statim Christus vi sua cœlestis conditionem suo corpori conculxit: unde semper cœlestis fuit, vel actu, vel intrinsecâ potestate; eo quod persona de celis esset. Igitur si aut portauimus imaginem terreni, scilicet tunc vitæ, tum corporis conditione; Ita portemus imaginem cœlestis; id est, deas operam ut Christo similes efficiamur cœlesti corporis conditione.

**DVBIVM I.**  
*Vtrum Sanguis fuerit hypostaticè assumptus?*

**V**bi notandum Primò, Dupliciter aliiquid assumi ad hypostasin. Primo, Immediatè, sicut anima & caro. Secundo, Mediatè, sicut accidentia, mediante natura. Quidquid enim est naturæ coherens, fuit aliquo modo à Verbo assumptum, & sic dubitandum non est quin sanguinem assumperit: nam corpus eius vero sanguine suffusum fuit.

**E**cce Notandum